mihi gladiuꝫ· Et tu diceres ad quid· Et ille vt occidam te· Si dicis·nolo·aliud non est Cum igitur rogat diabolus vt aperias oculos ad hoc vel hoc videndum claude apire non potest tibi· ecce ꝙ debilis qui tantum tibi facere non potest· ꝓmo oms sic de ore manibus et pedibus Jaco· Resistite diabolo et fugiet a vobis· Tercō habere obem⁹ faciem bouis quo ad teipsum· multi querūt quomodo debeant saluari· Require/ Disce nunc qualiter te ad deum ad diabolum ad teipsum ⁊ proximum habere debeas· Ad teipsum vt bos qui plus ceteris animalib⁹ laborat et aridis pascitur ⁊ qui valde mature incedit· ⁊ qui excoriatur et in frusta conciditur in odorem suauissimum domino Ita homo non debet ociosus esse sed operiuꝫ et moderate vti rebus temporalibus· ſꝫm Apostolum dicentem Habentes alimēta ⁊c· Hoc docet natura in principio vite et fine· Item deponere veterem pellem · malam vitam si fuisti superbus debes deponere illam pellem ⁊ fias humilis· Et sic de alijs ſꝫm illud Apostoli· Deponētes veterem hominem cum actibus suis· Item cōcide mēbra nunc in frusta· id est exerce illa in seruicō xpristi· scilicet os oculos manus et pedes· Apostolus· Sicut exhibuistis mēbra vestra ⁊c· Quarto vt habeas faciem hominis· Homo enim pre ceteris animalibus factus est ad imaginem ⁊ similitudinem dei· In hoc igitur debet homo esse similis deo quia deus cupit homini bonum· etiam in quocunqꝫ illum offendit· ita et tu Tu tibi cupis et diligis qd de te proximus bene loquatur· te promoueat· benigne salutet· tibi parcat· de bono tuo gaudeat/ sic tu talem ducet in paradisum· Genesis· ij· Plantauit autem dominus paradisum ⁊cē vsqꝫ formauerat· Hic patet qualiter debeas esse ordinatus ad deum· C Habuerunt eciam animalia quatuor pēnas· id est quattuor genera cogitacōnum per que iugiter volauerunt· Ita et homo debet habere quadruplices cogitacōnes quibus volet· Prima est de peccatis et de factis prōprijs et vicijs vt displiceamus nobisipsis ⁊ conteramur ⁊ verecundemur· Secūda vt de morte et iudicō et supplicijs eternis timeamus· Tercia de emendacōne vite et obseruantia illorum ad que vere tenemur· Quarta de beneficijs dei ⁊ promissionibus futuris vt alliciantur·

Animalia ibant ⁊ reuertebantur· Hunc sermonem cum duobus suis subsermonibꝫ habes supra de sancto Matheo· clix· ⁊ possunt predicari de omni euangelistarum·

ccxxxv· Sermo de cōi vnius martiris·

Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me Mathei decimosexto· Quia omnis perfectio vite xpiane consistit i imitando vestigia xpristi quod est venire post xpristum· Ideo dominus inuitans nos ad perfectōnem xpristi dicit· Si quis vult post me venire· qsi diceret· Quis vult attingere perfectōnem vite xpristi faciat ea que sequūtur· Abnegat semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me vbi tria exprimuntur in quibus perfectio vite xpiane consistit· Primum est sui ipsius abnegacō· Abneget semetipsum· Secunduꝫ est crucis portacō· Et tollat crucem suam· Tercium est vite xpristi imitacō· Et sequatur me· Quantum ad primum Sciendum ꝙ huiusmodi abnegacō debet fieri omnibus desiderijs carnis et mundi concupiscencijs perfecte reluctando et in bonis actibꝫ nullam complacentiam ꝓpriam vel humanam captando sed solum diuinum honorem in omnibus que agimus intēdendo vt sic veraciter possumus dicere cum xpristo· Non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me Johannis sexto· Hic fecit Augustin⁹ qui dicit in soliloquio· Ego solam propter se amo sapientiam· cetera vero vel adesse mihi volo vel deesse mihi timeo ꝓpter ipsam· Ex quibus patet ꝙ qndiu amor sui ipius vel ꝓpinquorum vl etiam rerum exteriorum hominem inquietare potest· Vel etiam qndiu in amore dei aliquid ꝓprij cōmodi admiscetur non perfecte abnegauit semetipsum· Quantū ad secundum cum dicitur· Tollat crucē suā Sciendum ꝙ hec particula potest dupliciter exponi· Vno modo de cruce corporali· Et sic conuenit martiribus· Et per hanc crucēꝫ intelligitur omne genus martirij· necnon mortis et cui⁹libet alterius pene vel piculi pro xpristo sustinendi animi ꝑparacō· Tūc enim ſꝫm Aug⁹· crucem nostram tollimus qn penalitates aliquas ꝓ xpo voluntarie



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0439
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt